

2/10  
INSTITVTIO

SIVE  
FVNDATIO,  
ORDINIS SANCTIS-  
SIMAE, AC INDIVIDVAE  
Trinitatis, & Redemptio-  
nis Captiuorum.



VLYSSIPPONE,  
*Excudebat Emmanuel de Lira Typ.*  
Cuius facultate S. Inquisitionis, & Ordinatis,  
ANNO M D LXXXI.

INSTITVITIO

SIVE

FVNDA TIO

ORDINIS SANCTI

SIMAE AC INDIVIDVAE

Imitatis & Redemptio

nis Capitulorum



ALYSIOPONE

Excudebat Emanuel del. y. T. p.

Cur. Facultatis. Indignationis & Ord. cap. p.

M. D. LXXXI

11

INSTITVTIO ORDINIS.



REGIO est in Gallia ad Orientem solem, Prouencia nomine, in qua mediocri genere oriundus Ioannes de Mata, futuræ solitudinis præflagam appellationem tulit. Mata enim (vt vernaculus gētis sermo fert) dumū significat. Enim verò in rubis & syluaticis locis vir postea Sanctus habitauit: nam secularibus primum literis eruditus, sacras Theologiæ Institutiones postmodum est assecutus: Quarū cum esset professor, mundi huius vanitatē vehementer fastiduit. Vnde & Abrahæ exēplo, populi sui & maternæ domus oblitus, Prouenciam deserens, in interiorem Galliæ Belgicæ terram profectus, Deum frequentius orabat ostendi ei virum quempiam solitudinis amicum, apud quem viuere solitarij possent. Pergēs igitur, postquā in

## Institutio Ordinis

agrum Meldensium flumine materno traiecto venisset, fama referente cognouit eum regionis tractū Anachoritam stupēdæ austeritatis, & abstinentiæ virum incolere. Quo nuntio lætatus Ioannes duce itineris assumpto mox ad hominem penetrauit. Est vicus Montinagus (quem aliferum ab aliis, quæ ibi seruntur nimia frequentia vocant) loco dimisso & palustri nemoribusque circumsepto. Circa hunc duobus passuum millibus editus medioeriter mons est dumosus, & sylua impeditus, vbi Fœlix eremita degebat, breui tuguriolo & mendicato pane contentus. Inuentum quem desiderabat Ioannes hominem religiosè salutat. Et tu (inquit Fœlix) salue hospes, & nostrum si libet habitaculum ingredi, vbi salutari cōfabulatione quāobrem adueneris cognoscā: ingressus vmbraculum postquam vnā confederunt, Ioannes adhuc licurus est

3 13

**E**X cõmissiõne Serenissimi Principis  
Alberti Archiducis Austriae, S. R. E.  
Cardinalis, & Inquisitoris Generalis hu-  
ius Regni Portugalliae, vidi Regulam Fra-  
trum Sanctissimae Trinitatis, & Redemptio-  
nis captiuorum, à Summis Pontificibus a-  
probatam, modificatam, & dilucidatam,  
insuper & Fundatione eiusdem Ordinis,  
& Cæremoniale. Cunctaq; sunt orthodo-  
xa, & ad conseruationem vitae Monasticae  
apprimè necessaria, & digna quae in publi-  
cam vtilitatem excudantur.

Fr. Bartholomæus Ferreira.

Vista a informação, podem se imprimir  
estas obras, & despois de impressas tor-  
narão a esta mesa cõ o proprio original,  
pera se conferir cõ elle, & se lhe dar licen-  
ça pera correr. Em Lisboa, 10. de Dezem-  
bro, de 1591.

Antonio de Mêdoça. Diogo de Souza.

Poderseão imprimir estas obras. 10. de  
Dezembro, 1591. Christophorus.

EPIGRAMMA  
IN LAUDEM INSTITV-  
tionis, & Regulæ Fratrum Ordinis  
Sanctissimæ Trinitatis, & Redem-  
ptionis Captiuorum.

Ordinis istius, Deus auctor, Trinus & Unus:  
Nobile, deq; suo nomine dixit opus.

Angelus hoc docuit: Deus hoc dimisit ab alto  
Aethere: & hoc Sæctus protulit ore Pater.

Vestis, Cruxq; ferunt Triadis mysteria: linor  
Natū: albedo Patrē: qui micat igne, rubor.

Trāsuersæq; manus, captiuūm colla tenentes,  
Inter captiuos soluere vincla docent.

Laudeat hic igitur tanto insignitus honore  
Cætus: & exhibeat pectora grata Deo.



Sanctissima Trinitatis. 6

auulsus spiritu viuas, mente incipias possidere Deum, & inde ad caelestem patriam quò te vocat, valeas proficisci. Non enim est nobis in terris (vt scribit Apostolus) ciuitas manens, sed aliam quam per Fidem, & Spem, adepturi sumus, ardenti animo nos praestolari est necesse: ab hac fallacissima, quæ in mûdo sunt vanitates nos abducût, illaqueantes perituras animas, non aliter quàm si cû corpore interirent. Sed quis ad solitariam te vitam spiritus prouocauit diligèter considera, te meminisse velim Christi parabolæ, quam de sato semine discipulos edocuit, ne similis fias illi, quod secus viam cadens cæli volucres rapuerunt. Secus viam est, qui nondum firmatus animo conuersionem à peccatis facillimè profitetur, sed subeunte mundi desiderio à volucris cæli, id est, demonibus proteruis subripitur.

Non

### Institutio Ordinis

Non enim est (teste Christo) aptus regno Dei, qui posita ad aratrum manu retro aspicit. Si te iuuat ô hospes & mecum in hac vitæ quam uiuo sobrietate permanere firmissimè decreuisti, te (Deo auspice) in contubernium admitto. Et hæc dicens Ioanni osculum dedit. Ipsi deinde mandata Dei secuti, pari & cōsentiente in bonum animo, annos tres in solitudine vixerunt. Interim diffundebatur suauis odor nominis eorum, & venientibus ad eos salutis pabula verbo & opere ministrabāt. Sed postmodum diuino afflato spiritu, zeloque cōmuni ducti, vt plus Christi ecclesia augetur: coeperunt inuicem quærere quis illis cōmodior vitæ modus esse posset. In solitudine quidem silentium & quietem esse liquet: sed in ea viuendi libertate, absque diffinita Regula, & legitimis Institutis contingere errorem posse: dum concupiscentiis nō

fatig



*Sanctissima Trinitatis.* 5

est modum. Peregrinus ex Prouen-  
cia venio, & patriæ vale dixi, vt me  
carnis illecebris abdicarē & seque-  
rer Christum, qui omnia propter ip-  
sum relinquentibus diuitias incor-  
ruptibiles pollicetur: te debat me fa-  
ctus vanitatis, cuius finis mors est,  
& perditio sempiterna, recordatus-  
que Davidici facti, cuius in Pſalmo  
meminit dicens: Ecce elongaui fu-  
giens & mansi in solitudine, quære-  
bam anxius solitarium locū, & æqua-  
lem quempiam meis votis virū, vbi  
conuerſatione pia, hanc fragilem con-  
ditionem vitæ possem erigere: petu-  
lantem, lasciuamq; macerando car-  
nem, vt immaculatum Deo custodi-  
rem spiritum, verax enim consultor  
& magister est Christus, cum inquit,  
Qui odit animam suam in hoc mun-  
do, in vitam æternam custodit eam.  
Nam prope mundum adesse, volup-  
tatumque eius adhuc nitorem olfa-  
cere illecebra est peccati, & præci-

*Institutio Ordinis*

pitium in mortem: quod difficile ca-  
uet qui hominum conuictu lætatur.  
Cū e contrario ab his auertere oeu-  
los, auellere animum, quæ caro blā-  
ditur, quæ promittit mundus, quæ  
boni suadet inimicus, & inuidus ho-  
stis, quam maximè cōducatur animæ,  
commodo eius, atq; salutis: cuius tu  
rei sapiens Fœlix, admonitore non  
eges, eam etenim ætatem agis, atq;  
ita solitariam exercuisti vitam, vt  
eremiticæ vitæ fœlicitatem me à te  
potius discere quam te à me doceri  
oporteat. Vnà tecum vt discipulus  
conuersari, te sequi vt comes, cōui-  
uere vt sodalis, si permittis deside-  
ro. Ad hæc silens Fœlix, non prius  
respondens quam humi procumbe-  
ret, cum Deū orasset, sic inquit: Fau-  
stus sis hospes, & vtrique nostrum  
Fœlix tuus ad me aduētus: Deus est  
qui te docuit fugere ollas carniū,  
& delicias Aegypti, petereq; deser-  
tum, vbi à corporis voluptatibus

*Sanctissimæ Trinitatis.* 7

fatis resistitur, dum sibi quisque lex est, nulli pastori obnoxius: naturam hominis fluxam (nisi ducatur) parû stabilitatis habere, sed lasciuire & vagari, ferocis instar quadrupedis, quæ loris, & fræno libera est, experimento comprobatur assiduo. Vtile propterea esse censetur, pastoris administratione regi, qui velut ad clavum deputatus nauta, insurgētibus auris nauem inter fluctus cautione moderetur, qui inter serena, & tranquilla oscitantem, & pigram nostrâ excitet conditionem, & stimulis vrgeat calcitrantem. Cum hæc per timoratum conscientiam crebrò repeterent post longam vigiliam fessos sopor oppressit. Quiescentibus cælestis nuntij admonentis visus apparuit: Romanum adire Põtificem, quippè qui Christianæ conuersationis interpres sit, accepturi inde certam sui propositi legem, vitæque regularis normam. Excitati sopore  
leui

*Institutio Ordinis*

leui, ambigentesq; illusio nē an cer-  
rum ex superis esset orema, dum se-  
cundò atque tertio eundem visum  
accipiunt, creduli deniq; veram rē  
esse, quam vidissent Romam petere  
constituēre. Pergunt igitur per durā  
hyemem feruentes charitate viri, &  
ad urbem, vndecimo Kalendas Fe-  
bruarias peruenēre. Per idem au-  
tem tempus Innocentius tertius,  
vir equidem doctrina, & regendi ar-  
te scitē eruditus, Apostolicæ Sedi  
præerat, ad quem auditione impe-  
trata sic Ioannes (quoniam litera-  
rior erat) locutus est. Scimus equi-  
dem beatissime Pater amplitudinē  
tuam nostræ tantum supereminere  
paruitati, quantum altissima pinus  
superior est genēstis: attamen legis  
doctor, & ouium pastor appositus,  
paruo solet sicut & magno benignas  
adhibere aures, quod tu Pater San-  
cte de more humanitatis tuæ nobis-  
cū egisti. Galli sumus filij Sāctitatis  
tuæ

*Sanctissime Trinitatis.* 8

16  
tuz, quorū apud te aduētus causam  
audies serie ista si libet. Eramus pa-  
riter in eremo solitariā vitā agētes,  
& quatenus nostræ fragilitati desu-  
per à cæli numine est cōcessum, diui-  
nis paruimus mandatis, timorati ta-  
men semper eramus nè parentē om-  
nium Deum fallacis inimici iuducti  
insidiis offenderemus: propterea  
quod nullo duce directi liberius vi-  
uebamus. Itaq; in hoc cogitatu diu  
multumq; anxij & crebrò inde ver-  
bum vnā facientes, nocturna su-  
mus apparitione admoniti ad tuā  
Sanctitatē venire: cui supplices por-  
rigimus preces, vt qua soles alios sa-  
pientia & auctoritate regere, nos de  
salutis expeditiori via dubios cōso-  
leris, & paterno prōsequaris fauore.  
Nec vana nos existimes allucina-  
tione abduci, aut leui phantasmate  
deceptos, probauimus quippè secū  
dū Christi disciplinā, apparentē in  
fornis spiritū & tertio tandem hæc  
monenti

## Institutio Ordinis

monenti credulitatem nostram accommodauimus. Tua igitur sapientia examinet, quæ serui tui humiliter loquuntur, & cupientes Christo viuere, & obsequi, filios, consilio, lege, Apostolicoque Instituto confirma: hæc locutus, Pontifex, eremitas libèter audiuit, & se, quæ narraissent consideraturum respondit, cupereq; Dei voluntatem se exequi, cum nulli fas sit resistere ipsi. Manebitis (inquit) apud me filioli, & vobis quod necessarium fuerit faciam exhiberi. Datum est illis iubente Innocentio in ædibus Pontificis diuersorium, donec secundum Dei Ordinationem placeret Pontifici eos ad se accersiri. Stetit Pontifex diu cogitabundus, & de eremitarum petitione vocatis Cardinalibus consiliũ diligenter cœpit. Erant in vrbe præsentēs Ioannes Albanensis, Ioannes Sabinensis, Nicolaus Toscolanensis **Cardinales: Episcopi, Oentius San-**  
torũ

*Sanctissimæ Trinitatis.* 9

ctorum Ioannis & Pauli, Petrus sancti Marcelli, Benedictus sanctæ Susanæ, Rogerius sanctæ Anastasiæ, Cardinales Præsbyteri: Gregorius sancti Georgij ad Vellus aureum, Ogdo Sanctorum Sergij & Bachij, Ioannes Sanctorum Cosmæ & Damiani, Pelagius sanctæ Lucinæ ad septa solis, Cardinales Diaconi. Stat omnium sententia diuinitus aliquid agi, nec negligendū esse quod Dei spiritus reuelasse videretur, Deūq; orandum esse, si fortè vberius suam aperiret voluntatem: in quam sententiā veniens Innocentius. Et ego (inquit) fratres, rem diuinam cras assistentibus vobis faciam, vos interea purgatis cōfessione animis, propitium vobis Deum efficite: ipse integra mente Dei numen inuocabo, quem inuocantibus se in veritate propè adesse diuinus Psalter cōmemorat. Porrò eremitis (vt idem faciant) mandat, qui Patrum iussio-

B      nibus

*Institutio Ordinis*

nibus obediētes, noctem in sanctis  
orationibus perpetuam duxerunt.  
Crastina dies, erat ad quintam Ka-  
lendas Februarias, qua festum bea-  
tæ Agnetis secūdo, Ecclesia celebra-  
re consuevit. Itaque paratis de mo-  
re ad sacrificium in Lateranēsi tem-  
plo altaribus, Sanctus Pontifex Cle-  
ro comitatus, procumbētibus humi  
ad orationem Eremitis, dum conse-  
cratam hostiā, circumstātibus osten-  
dit, videt Dei Angelum supra aram  
sequenti forma imminentem: Can-  
dida veste indutus, bicolorem in pe-  
ctore Crucem gerebat, id est rubrā,  
& coloris cælestis: tenebat cancel-  
latis manibus diuersæ conditionis  
homines, dextera quidem Christia-  
num, Crucem præferentem, sinistra  
Sarracenum colore Aetiopem, tan-  
quam alterū pro altero cōmutaret.  
Visus est Pontifex dum hæc cōtem-  
platur esse in raptu, causam tamen  
nescientibus qui aderant: oblato sa-  
crificio



18  
*Sanctissimæ Trinitatis.* IO

crificio, iucundo vultu Pōrifex quæ sibi de super ostensa erant illis enarravit, gratias Deo agens, qui suas, & Venerabilium Fratrum suorum preces exaudiuisset: moxq; cãdidas instar earum, quas viderat Vestes & Crucem concinnari iubet, & Ioannem, Fœlicemq; ob vitæ merita longa oratione laudatos, religiosis vestibus induit, Cruce super adiecta, indumentorum quoq; significationem interpretatus: Candor (inquit) ô filioli consciëntiæ puritatem, atq; mundiciem, qua fulgere vos decet exprimit, Crux verò qua parte rubra est feruorem charitatis in Deum signat: altera, quæ contusæ carnis similis est, Christi passiõis memoriã præsefert, vt nostræ ab inferis redemptiõis memores, pseuerate Deum mente diligatis, atq; colatis, ieiuniis, poenitentiaq; vos ipsos macerantes, quos verò Angelus dextera, sinistraq; inuicem cõmutare videbatur, eos puto representatiõem

*Institutio Ordinis*

facere liberandorum captiuorum,  
quos Christum immitantes postea  
redempturi estis, vt pretio redem-  
ptionis dato, Christianum è Sarra-  
cenorum seruitute eximatis, vel  
aliunde aduersæ legis hominem, pro  
eo qui Christianæ Fidei professor  
est commutetis:

HIC ERIT VOBIS OR-  
DO, QVEM SANCTIS-  
SIMAE TRINITATIS  
TITVLO, ET REDEM-  
PTIONIS CAPTIVO-  
RVM NOMINE ORDI-  
NAMVS NVNCVPARI.

Ibitis ergo ad vestræ solitudinis lo-  
cum, vbi vestræ nouellæ Institutio-  
nis Ecclesiã extruere elaborabitis.  
Tu verò Ioannes cum licebit, atque  
libuerit, ad me reuertes. Ego qui-  
dem curabo huius Ordinis non lon-  
gè à Laterano ædificare Cænobiũ

vbi

*Sanctissimæ Trinitatis.* II

19

vbi tuæ professionis incolant fratres. Postquàm supplices eremitæ Ordinis, & vitæ normam ab Innocētio receperunt, gratiis Sancto Pontifici, & Sacro Cardinalium Senatui persolutis, in Galliam, & locum suū reuersi sunt. Quos aspicientes Regionis incolæ, atque audiētes quid circa illos operata esset diuina operatio, eos magis, magisque venerabantur. Regnabat eo tempore super Francos Philippus Augustus, cuius Constabularius erat Gantherus de Castillione habēs in Regiōe Gaudelucum Vicum, & Arcem cum breuiolo altero Vico, prope quem, ad tria passuū millia Villa erat, cui Ceruus frigidus nomē est: ob eam, quæ infra scripta est, causam. Est vallis vno circiter stadio lata, quam interfluit Dignom paruus fluuius, propè hunc ad collis radicem fons scaturit limpidissimus, ad quem ex finitima sylua solitus venire candidus

## Institutio Ordinis

ceruus in eo refrigerij causa per  
æstus, & solis ardorem se frequenter  
proluebat. Vndè consuetudo obti-  
nuit vt à cerui refrigerio, Ceruus fri-  
gidus sit ab incolis locus appella-  
tus. Porrò diffundente se latè noui  
Ordinis fama: cū plurimi ad eremū,  
profiteri religiosam vitam cupiētes  
conuenirēt, nec Tugurioli angustia  
multos reciperet, Gantherus consta-  
bularius prædictus, Ceruū frigidū,  
vbi Cœnobium extrueretur Eremi-  
tis donat. Erant ibi eo tēpore ædes  
rudi materia, stabuāldis pecoribus  
& messibus reponendis confectæ.  
In eam Villam tirūculi Christi, Ioā-  
nes, & Fœlix, plerisq; eos comitāti-  
bus cōmigrarunt, & breui post tem-  
pore valuerunt numero, & annuis  
prouentibus: incipientes à Christi  
fidelibus dona ad liberandos capti-  
uos Catholicos postulare. Postquā  
Religionis Ordinem, & viuendi cæ-  
remonias instituit Ioannes, Fœlice  
relictō

*Sanctissimæ Trinitatis.* 20  
II

relictò, Romam ad Innocentium se  
contulit, habitauitq; in Cælio mon-  
te, vbi Pontifex Cœnobiũ instituēs,  
Sanctum Thomam de Formis appel-  
lauit: eo quòd modo procul à for-  
mis, id est, aquæductibus Ecclesia  
sita est. Extat in hũc diem in primo  
pariete supra Cœnobiij fores vetus  
pictura, testimoniũ eam intuētibus  
faciens eius visionis, quam Põtifex  
se vidisse supra memorauit. Eodem  
loco Ioannes vixit primus noui Or-  
dinis Maior Minister, vita probatissi-  
mus, & laboris mirum in modum pa-  
tiens, cibo vsque ad inediam absti-  
nens, somno minimè obnoxius,  
quem humi supposita breui storea,  
& ad caput cervicali, horas, ad-  
summum quatuor capiebat: reli-  
quo tempore semper, nisi neces-  
sario negotio impeditus, oratio-  
ni vacabat, atque interdum di-  
uinum verbũ populo, Dominicoq;  
gregi, & promebat, & prædicabat.

II *Institutio Ordinis*

Et quia per id tēpus, cum Christiā-  
 ni Principes, tum in primis Francorū  
 Rex, aduersus Fidei hostes in Palæ-  
 stina, ac in Hierosolimorum finibus  
 bella gererent, delegabat sollicitē  
 fratres, qui Christiano militi in ex-  
 peditione ministrarent, vulneratos  
 fouendo, vel ab hoste captos redi-  
 mēdo, quibus beneficiis, Ordo (sevi-  
 uente) ampliatus est multis in locis.  
 Tam sanctis igitur operibus lōgani-  
 miter incūbens Ioannes, Sexagena-  
 rius moritur Anno Christianæ salu-  
 tis, 1214. decimo Kalendas Decem-  
 bris, post ritē exactā maiorē admi-  
 nistrationē, ab exordio Ordinis no-  
 stri, annis sexdecim, ac amplius mē-  
 sibus aliquot, à primo Anno Ponti-  
 ficatus Innocentij tertij. Itaq; sub  
 gloriosissimo Ordinis nostri Patriar-  
 cha Ioāne, & subter beatissimo Pō-  
 tifice Innocentio 3. cœlitus demis-  
 sum fuit nostræ Religionis institutū  
 Anno Christianæ salutis, 1198.

## I N C I P I T

REGVLA FRATRVM  
 Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Re-  
 demptionis Captiuorum, ab Innocen-  
 tio Tertio Pontificatus sui Anno pri-  
 mo, Incarnationis verò Dominicæ,  
 Millesimo, Centesimo, Nonagesimo  
 Octauo, decimosexto Kalendas Ia-  
 nuarij, eis concessa, approbata, &  
 confirmata: & ab alijs Romanis  
 Pontificibus similiter appro-  
 bata, modificata, &  
 dilucidata.

¶ Caput Primum. De tribus Vo-  
 tis, de Prælati nomine, ac de  
 propria Domo Fratrum.

# Regula Ordinis

I

Innocēt. 3.  
Honor. 3.  
Clemen. 4.



**I**N NOMINE  
Sāctæ, & indiuiduæ  
Trinitatis. Fratres  
Domus Ordinis Sā-  
ctæ Trinitatis, & ca-  
ptiuorum, sub obe-  
dientia Prælati Domus suæ (qui Mi-  
nister vocabitur) in castitate, & sine  
proprio uiuant.

\* Qui Fratres extra Domos suæ  
professionis mitti non valeant, ni-  
si pro scandalis manifesta pœnitē-  
tia indigentibus, & pro alleuatio-  
ne Domorum suarum, & pro no-  
ua domo ædificanda, & in hoc so-  
lo casu prouideatur eis, tanquā  
illius Domus professis.

¶ *Caput Secundum. De Diuisione  
Bonorum, ac Redemptione  
Captiuorum.*

Omnes





MNES res, unde 2.  
 cunque licitè vene-  
 rint, in tres partes di-  
 uidantur æquales. Et  
 in quantum duæ par-  
 tes sufficient, exequantur ex illis  
 opera misericordiæ, cum sui ipso-  
 rum, & eis necessariò famulantium,  
 moderata sustentatione. Tertia ve-  
 rò pars reseruetur ad Redemptio-  
 nem captiuorum, qui sunt incarce-  
 rati pro Fide Christi, à Paganis:  
 vel dato pretio rationabili, pro  
 Redemptione ipsorum, vel pro  
 Redemptione Paganorum capti-  
 uorum, vt postea rationabili cõ-  
 mutatione, & bona fide, redima-  
 tur Christianus pro Pagano, se-  
 cundùm merita, & statum perso-  
 narum.

Cum verò pecunia data fue- 3.  
 rit, vel aliquid aliud, licet specia-  
 liter, & propriè detur ad certum  
 vsum, semper de consensu illius,  
 qui

## Regula Ordinis

qui dederit, si praesens fuerit, tertia pars separetur: nisi donator per seipsum, vel Procuratorem idoneum, (Fratrem vel aliū) id in usus domus expendat. Si verò donator absens fuerit, ita quòd commodè non possit eius assensus haberi (vel aliàs) de eius voluntate constare, vt in hoc casu, via melior, & tutior teneatur: rei datæ tertia pars separetur: exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, aedificiis, nutrituris, & huiusmodi: fructus enim, inde exeuntes (deductis expensis) secundum rationabiles aestimationes Ministri & Fratrum, in tres partes diuidantur æquales: sed quæ paucas, vel nullas recipiunt expensas, omnes diuidantur.

4. Cum verò panni, calceamenta, vel minuta huiusmodi, quibus sit necesse vti, quæ vèdi, vel cõseruari non expedit, data fuerint, vel à seipsis habuerint, non diuidantur, nisi Ministro domus, & Fratribus visum fue-

rit, expedire. De quibus singulis  
Dominicis diebus (si fieri potest) in  
Capitulo deliberetur.

Si tamen prædicta, vt panni, ter- 5.  
ræ, nutrituræ, seu minuta venderen-  
tur: pretium inde proueniens, in tres  
partes vt supra diuidatur.

De nemoribus autem, fœnis pra- \*  
torum, straminibus agriculturarum, \*  
& fructibus arborum, pecorum, &  
hortorû, ad vsus necessarios liceat  
fratribus accipere. Si quid verò de  
prædictis vendi contigerit, vel de  
fructibus arborum potus fieri, ter-  
tia pars reddatur captiuis, secundû  
formam superiùs annotatam.

Si domus, vel quæcunque alia, à \*  
quouis licitè, sub quocunque nomi-  
ne, fratribus conferantur: donato-  
ribus exponatur, qualiter de bonis  
suis tres debeant facere portiones:  
& si donator voluerit res diuidi, di-  
uidantur, & si non, non diuidantur.

Quæ autem vsque modò fratribus  
collata

## Regula Ordinis

collata sunt, secundum quod de voluntate donatorum ea receperunt, liceat eis de ipsis disponere, & voluntatem donatorum pro posse suo adimplere. Fructus verò collectos de bonis postea acquisitis (deductis expensis) secundum quod de aliis supra dictum est, diuidere tenebuntur.

\* De illis, quæ in Ecclesia offeruntur, vel alio modo apportantur, vt vestimenta, panni serici, oblationes, & huiusmodi, ipsi Ecclesiæ in suis necessariis, (vt libris, cera, oleo, & aliis eiusdem ornamentis) prouideatur: quod autem supererit, diuidatur.

\* Si domus, terræ, possessiones, vel alia, vnde redditus proueniunt, vel conseruandis fructibus sunt necessaria, calamitate aliqua, vel casu, destruantur, liceat Fratribus de communibus bonis, prædicta in statum debitum reformare, & hoc de consensu Maioris Ministri, vel eius Vicarij,

arij, seu Visitatorum illius Prouincia.

Si tamen pro Fratrum congrua sustentatione, necessitas exegerit, huiusmodi diuisio ex bonis indifferenter relictis, arbitrio Ministri Prouincialis (pro tempore existentis) relinquatur. Dummodo illa non ad alios vsus, quam redemptionem, & pauperum subuentionem, ac hospitalium reparationem, seu constructionem, ac Fratrum Ordinis sustentationem conuertantur.

✱  
Leo, 10.  
Adrian. 6.  
Paulus, 4.

Et sic ultra tertiam partem huiusmodi, absque alicuius conscientia serupulo percipere ipsi Fratres, & leuare valeant. ✱

¶ *Caput Tertium. De Titulo Monasteriorum, ac de Numero Fratrum ipsorum, de Lectis, Vestimentis, & Equitaturis.*

## Regula Ordinis

6.



Mnes Ecclesiæ istius Ordinis, quas fratres sibi ædificauerint, intitulêtur nomine Sanctæ Trinitatis, & sint

plani operis.

7.

Tot fratres possint esse in vna cohabitatiõe (tam clerici quàm laici) quot Ministro & Fratribus vnuscuusque domus, visum fuerit expedire: quorum vnus Procurator sit, qui non Procurator, sed Minister, vt dictum est, nominetur: cui fratres re-promittere, ac impendere obedientiam teneantur.

8.

Omnibus fratribus suis, sicut sibi met, iuxta posse domus (prout vnuscuusque opus fuerit) Minister fideliter administret.

9.

Vestimêta sint lanea, & alba: & liceat eis habere pelliceas, prout vnuscuusque exposcit necessitas, & brachas, quas iacentes non deponant.

Iaceant

28

*Sanctissimæ Trinitatis.* 17

Iaceant in laneis, ita quòd plumea fulchra, vel culcitras in domibus propriis, idest, in quibus ad manendũ fuerint deputati, nisi in ægritudine laborantes, & de foris venientes, (& hoc extra Dormitoriũ) minimè habeant. In aliis verò Domibus sui Ordinis, & alibi vbicunq; siue in itinere, siue in peregrinatione fuerint, poterunt iacere Fratres in talibus Lectis, quales eis fuerint præparati, ita tamen, quòd Tunicas non deponant. Ceruical verò cum puluillo ad sustentationem capitis permittantur habere.

In Cappis, & Scapularijs Fratrum imponantur signa, videlicet, Crux in pectore, cuius brachiũ quod vadit in longum, sit de panno rubeo, illud autem, quod vadit in transversum, sit cærulei coloris.

Calceamenta habeant clausa, & ordinata, ita tamen quòd genua nõ excedant, nisi sint equitantes.

C      Liceat

## Regula Ordinis

- \* Liceat Fratribus equos ascēdere,  
& equitaturas tales habere, quales  
poterint, & sibi viderint expedire,  
dum nimis notabiles non existant.

### ¶ Caput Quartum. De Abstinentia & Ieiuniis Fratrum: ac de Modo se habēdi, & abstinēdi in itinere.

13.



INVM sumendum à  
Fratribus taliter tem-  
peretur, vt sobriè su-  
mi valeat.

14.

Ieiunent à propin-  
quiori Dominica festo Beati Marti-  
ni Hyemalis, vsque ad Natiuitatem  
Domini: & à Quinquagesima, vsque  
ad Pascha, insuper & aliis tempori-  
bus anni, omni sexta Feria, nisi Festi-  
uitas nouem Lectionum interuene-  
rit, vel Octauæ, ita tamen, quòd à  
Quinquagesima, vsque ad Pascha,

in



20

*Sanctissimæ Trinitatis.* 18

in cibo Quadragesimali ieiuent, & alia ieiunia, quæ consuevit Ecclesia celebrare. Potest tamen quandoque Minister ieiunium cum discretionem relaxare propter ætatem vel viam, vel aliam iustam causam, vel etiam (facultate inspecta) augmentare.

Carnibus datis ab his, qui foris sunt, vel sumptis de propriis nutrituris, vel etiam emptis vesci liceat, tantum Dominicis diebus, à Pascha vsque ad Dominicam propinquiore festo Beati Martini Hyemalis, & à Natali, vsque ad Septuagesimam: & in Natiuitate, & Epiphania Domini, & in Ascensione Domini, & in Assumptione, & Purificatione Beatæ Mariæ, & in festo omnium Sanctorum, & in minutionibus, & infirmitatibus.

Possunt tamē Ministri cū Fratribus suis, de carnibus edendis extra Re-

81 *Regula Ordinis*

\*  
Leo, 10.  
Adrian. 6.

- fectorium, & in via, ex iusta & rationabili causa dispēfare. Liceatq; Fratribus sagimine vesci: ac insuper si qualitas temporis, & Monasteriorum necessitas id exegerit, etiam in ipso Refectorio (aduētus tamen, & aliis à iure prohibitis temporibus exceptis) carnibus huiusmodi vesci possint.
17. Liceat etiam nutrituras emere, & nutrire.
18. Cum verò in itinere, siue peregrinatione fuerint, si quid eis datū fuerit, inde viuant, & residuum in tres partes diuidant. Tamen si fuerint in via profecti, ad redimendum captiuos, quidquid eis datum fuerit, totum debent ponere in Redemptione captiuorum, præter expensas.
19. In Ciuitatibus, in Villis, siue Castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas, nisi fortè in domibus religiosis (etiamsi à quouis rogentur) & cū

*Sanctissimæ Trinitatis.* 19

27  
Archiepiscopis, & Episcopis, & Regibus, si inuitati fuerint, comedant, vel bibant, nisi fortè aquam in domibus honestis, nec pernoctare præsumant extra huiusmodi domos, nisi fortè aliquorum Magnatùm, vel Prælatorũ fuerint officiis deputati.

Nunquam in tabernis, vel huius- 20.  
modi locis inhonestis habitent, comedant, vel bibant. Qui autem hoc præsumperit (iuxta arbitrium Ministri) maiori, vel minori vindictæ subiaceat.

¶ *Caput Quintum. De Charitate Fratrum inter se, ac erga infirmos, & hospites.*



ALIS sit charitas in- 21.  
ter Fratres, Clericos,  
& laicos, vt eodem vi-  
ctu, vestitu, Dormito-  
rio, Refectorio, & ea-  
dem

*Regula Ordinis.*

dem mensa vtantur.

22. Infirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendā conuersus aliquis laicus, siue clericus deputetur, qui ea, quæ necessaria fuerint, inquirat, & ministret, sicut fuerit ministrandum. Moneantur tamen infirmi, vt lauta, siue nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, & salūbri moderatione contenti.

23. Cura hospitem, & pauperum, & omnium euntium, & redeuntium, vni de discretioribus, & benignioribus Fratibus iniūgatur: qui audiat eos, & vt expedire viderit, charitatis solarium administret. Requirit tamen ab illis, quos crediderit admittēdos, si his, quæ Fratibus apponuntur, velint esse contēti: ad lauta quidem, siue nimium sumptuosa cibaria, non oportet quemquam admitti: quæcunque tamen præstāda sunt, cum hilaritate præstentur, & nulli

Sanctissimæ Trinitatis. 20

nulli maledictū pro maledicto red-  
datur.

Si quis tamen (& maximè Reli- \*  
giosus) ad hospitandum aduenerit,  
benignè suscipiatur, & charitatiuè  
(iuxta posse Domus) illi subministre-  
tur. Auenam tamen, vel aliud, loco  
auenæ hospites dare non tenean-  
tur, si fuerint in Ciuitate, vel Oppi-  
do, vbi venalis inueniatur: nisi fortè  
religiosi sint hospites, vel tales, qui  
ad manus non habeant, & emere nõ  
possint. Si autem hospites venale  
non inuenerint, & in Domo qua sus- \*  
cepti fuerint, inueniatur, congruen-  
ter eis præbeatur.

Nullus Frater laicus, siue Cleri- 24.  
cus (si fieri potest) sit sine proprio of-  
ficio. Si quis verò laborare nolue-  
rit, & potuerit, iuxta arbitrium Mi-  
nistri canonicè puniatur, cum Apo-  
stolus dicat, Qui non laborat non  
manducet.

2. ad Thel  
3. capite.

Regula Ordinis

¶ Caput Sextum. De Silentio, &  
Honestate Fratrum.

25.



Silentium semper obseruent in Choro, nisi Frater alicuius Fratris, vel alterius fortè cōfessionem in dicto loco audiat. Pauca etiam verba in Choro sub Silentio, & sine strepitu, propter aliquam iustam causam loqui poterunt.

\*

In Dormitorio, & Refectorio Silentium obseruabūt: nisi necessitas aliqua, vel iusta causa, eos ad loquendum compellat, in quo casu, paucis verbis, & submissa voce loquantur. Extra verò prædicta loca liceat eis loqui, temporibus aptis, submissa voce, humiliter & honestè.

26.

Vbiq; sermo eorum sit honestus, & sine scandalo: similiter & eorum omnis status, gestus, vita, actio, &  
omnia

omnia alia honesta, in eis reperian-  
tur.

¶ Caput Septimum. De singularum  
Domorum Capitulis, & de Ge-  
nerali Capitulo.



Capitulum (si fieri po- 27.  
test) singulis diebus  
Dominicis in singulis  
domibus, Minister cū  
Fratribus suis teneat,

& de negotiis Domus, & Domui  
suæ, siue Fratribus datis, & familiæ  
nomine Ordinis datis, vt ad Redem-  
ptionem captiuorum, tertia pars de-  
putetur, Fratres Ministro, & Mini-  
ster Fratribus, rationem fideliter  
reddant.

Similiter singulis Dominicis die- 28.  
bus, si fieri potest, exhortatio fiat, &  
quid credere, aut agere debeāt, sim-  
pliciter moneantur.

*Regula Ordinis.*

29. De omnibus rebus, & clamoribus, Fratres in Capitulo iudicentur.
30. Nullus Fratrum, fratrem suum in publico accuset, nisi bene possit probare: qui autem hoc fecerit, poenam subeat, quam reus subiret, si conuinci potuisset, nisi Minister, ex causa, cum eo dispensare voluerit.
31. Si quis scandalum, vel aliquid huiusmodi fecerit, vel (quod absit) se inuicem percusserint, iuxta arbitrium Ministri maiori, vel minori vindictae subiaceat.
32. Si quis Frater, in Fratrem peccauerit (scilicet contra Fratrem) idem eo solo sciente, qui iniuriam passus est, sustineat patienter, licet sit innocens, & cum quieuerit commotio animorum, benignè, & fraternè commoneat, & corripiat eum, usque tertio, inter se, & ipsum solum, & poenitentiam agere de commisso, & à similibus in posterum abstinere. Qui si non au-
- dic-



dierit, dicat Ministro, & ille corripiat eum secretò, secundùm quod viderit salutem eius expedire.

Qui verò scâdalum mouit, si per se emendare voluerit, totum ante pedes scandalizati petens veniam se extendat: & si semel non sufficit, usque ter, illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit, quæcumque secutura fuerit pœnitentia, hæc sit prior, (scilicet) ante pedes Ministri petendo veniam, totius corporis extensione, & postea, secundùm arbitrium Ministri emendetur.

Generale Capitulum semel in anno celebretur, quod fieri debet Dominica quarta post Pascha. In quo Capitulo quolibet anno Correctores Maioris Ministri eligantur, qui vnâ cû Maiori Ministro, vel eius Vicario, corrigendi, & definiendi, omnia, quæ corrigenda, & definienda sunt in Capitulo Generali,

tem-

*Regula Ordinis*

tempore ipsius Capituli, & etiam Visitatores constituendi, in diuersis Prouinciis, & locum futuri Capituli Generalis assignandi habeant potestatem.

\* Nullus ergo simplex Frater ad Generale Capitulum accedat, nisi vocatus à Maiori Ministro, vel missus à suo proprio Ministro, vel aliquam iustam causam in Ministrum suum prætenderit: quam si in Capitulo Generali non fuerit persecutus, ad arbitrium Maioris Ministri, & Correctorū canonicè puniatur.

35. Sipro necessitate Domus debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in Capitulo Fratribus proponatur, & cum eorum fiat consilio, & assensu, vt sic suspitiones, & murmura euitentur.

36. Siquis de substantia Domus violentiā fecerit, & ad iudicē oportuerit referri, nō ante hoc fiat, quā charitatiuè ille à Fratribus moneatur.

Caput Octauum. De Ministrorū  
Electione, eorumq̄ ex culpa De-  
positione.



LECTIO Ministri, 37.  
per commune con-  
siliū Fratrum Cle-  
ricorum fiat: neque  
eligatur secundū  
dignitatem generis,  
sed secundū vitæ meritum, & sa-  
pientiæ doctrinam.

Ipse verò qui eligitur, siue Maior, 38.  
siue minor Minister, Sacerdos sit, &  
professus.

Maior verò Minister, postquàm 39.  
electus fuerit (secundū formam  
in Regula hac annotatam) ipsius Or-  
dinis curam plenè habeat, & liberè  
gerat, prout hactenus extitit obser-  
uatum, & consuetum: Fratrumque  
omnium Congregationum confes-  
siones audire, & absoluerè ab omni  
trans-

## Regula Ordinis

transgressione Regulae sua possit auctoritate. Minor vero Minister omnium Fratrum Domus suae audiat confessiones, dummodo verecundia repetiti excessus, occasionem minimè præbeat, tardiùs Prælati suis, vel minus purè, quàm debeat, confitendi.

40. Solicitè verò Minister prouideat, ut præcepta Regulae, sicut cæteri Fratres, per omnia teneat.

41. Postquàm verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem Ministrum, conuocatis tribus, vel quatuor Ministris minoribus, si commodè infra tres dietas à loco valeant inueniri: & si commodè haberi non possint, assumptis secum tribus, vel quatuor Fratribus eiusdem Ordinis (viris religiosi, & honesti) de quorum consilio, & assensu, deponatur, & alius (qui dignus sit) loco eius subrogetur.

Si verò, pro remotione terrarū, \*  
vel alia causa rationabili, Maior  
Minister hoc facere non potuerit,  
vices suas Ministris minoribus, ma-  
gis religiosis committat. Si verò  
duo, vel tres, pro locorum distan-  
tia haberi commodè non possint,  
per aliquem Ministrum, virum re-  
ligiosum, & honestum, cum tribus,  
aut quatuor Fratribus religiosis, hoc  
fiat: & quod illi fecerint auctori-  
tate Maioris, ratum habeatur.

Maior verò Minister, si pro ex- 42.  
cessibus suis corrigendus, vel de-  
ponendus fuerit, per quatuor, vel  
quinque Ministros eiusdem Ordi-  
nis, magis religiosos hoc fiat, qui  
tamen auctoritate Generalis Capi-  
tuli ad hoc eligi debent.

¶ *Caput Nonum. De Nouitiis, &  
eorum Receptione.*

Si

Regula Ordinis

43.



IQVIS huius Ordinis Frater esse voluerit, primò per annum in habitu Fratrum cū expensis suis (præter victū) omnibus suis retentis, in Ordine pro Deo deseruiat, & post annum, si bonum, & conueniens Ministro Domus, & Fratribus, videatur, & illi, recipiatur.

44.

Nihil tamen pro receptione sua exigatur, si quid tamen gratis dederit, recipiatur, dum tamen tale sit, de quo non videatur Ecclesiæ periculum imminere.

45.

Si verò, de cuiusquam moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo, probatio habeatur.

46.

Si ante professionem aliquis se intemperanter habuerit, & impaciens disciplinæ, ad arbitrium Ministri non emendauerit mores suos, tribuatur ei modestè licentia, cum omnibus quæ attulit, recedendi.

In Ordine verò aliquis non reci- 47.  
piatur, antequàm annum vigesimũ  
videatur compleuisse: professio ve-  
rò post annum in arbitrio Ministri  
relinquatur.

**¶** *Caput Decimum. De nonnullis  
diuersis Præceptionibus.*



IGNORA non ac- 48.  
cipiant, nisi decimas  
cum licetia sui Epif  
copi.

De manu laici iu- 49.  
ramenta non faciant, nisi magna ne-  
cessitate, cum licentia sui Ministri,  
vel iussi ab Episcopo suo, vel ab  
aliquo vices Apostolicas gerente,  
& hoc pro honesta, & iusta causa.

Si quod vitium in re, quæ vendi- 50.  
tur, notũ fuerit, indicetur emptori.

Ipsa die, qua infirmus apportatus 51.  
fuerit, de peccatis suis confiteatur

D Mi-

## Regula Ordinis

Ministro, vel ei, cui Minister iniun-  
xerit: & communicet, & alia omnia  
Sacramēta Ecclesiastica, percipere  
valeat ab eodem.

*Caput Vndecimū. De canonicis Horis  
de Missa, & Processione Defun-  
ctorū, deq; alijs pro cōi Ecclesia De-  
precatiōibus, & de Rasura Fratrum.*

52.



MNI secunda Feria,  
præterquã in Octaua  
Paschæ, & Pentheco-  
stes, & Natalis Dñi,  
& Circūcisionis Dñi,  
& Epiphaniæ, & præterquam in Fe-  
stiuitatibus nouē Lectionū, & in O-  
ctaua omniū Sanctorū, & aliarū Fe-  
stiuitatū, finita Missa pro fidelibus,  
fiat absolutio fidelium defunctorū,  
in Cæmeterio.

53. Singulis quoq; noctibus, ad minus  
in hospitali, coram pauperibus, pro  
statu, & pace, sanctæ Romanæ Eccle-  
siæ, & totius Christianitatis, & pro  
bene



benefactoribus, & pro his, pro quibus generalis Ecclesia consuevit orare, communis fiat Oratio.

In Regularibus horis morè Beati 54.  
Victoris obseruet, exceptis fratrib<sup>9</sup> seruitiis Principū, & Prælatorū deputatis, & fratribus itineratibus: exceptis etiã pausationibus, & prolixitatibus, & Vigiliis, quæ occasiõe laboris, vel paucitatis seruiētū, poterunt eis remitti de cōsilio piorū, & Religiosorū virorū, ad hoc in suo Capitulo Generali, de suis Ministris, vel fratribus specialiter electorū: propter paucitatē etenim suā, tãtas pausationes in psallēdo facere nō tenebuntur, neq; ita tēpestiuè surgere.

In Rasura, similiter ordinē B. Vi- 55.  
ctoris sequantur Clerici, laici verò barbas non radāt, sed eas ad modū Templariorum, vel Conuersorū Cisterciensium crescere permittant.

Nulli ergo hominū liceat hęc pa- 56.  
ginā nræ Cōcessiōis, & Cōstitutiōis

Regula Ordinis

& Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

¶ *Transumptum Breuis Apostolici Pauli III. circa Bonorum Diuisionem.*



ERENISSIMO Principi, D. Ioanni, Dei gratia Portugalix, & Algarbiorum Regi, Raynutius miseratione diuina, Tituli Sancti Angeli Præsbyter Cardinalis, salutem in Domino. Exhibita siquidẽ nobis nuper pro parte Celsitudinis vestræ, per dilectũ in Christo illustrem virum Alphonsum de Lancastro, vestrum nepotem, & apud

apud Sedem Apostolicam Oratorē,  
petitionis series continebat, quòd  
licet iuxta Regulam, & Instituta Or  
dinis Sanctissimæ Trinitatis, Redē  
ptionis captiuorum, Dilecti in Chri  
sto Moderni, & pro tēpore existen  
tes Monasteriorum eiusdē Ordinis  
Ciuitatis Vlixbonēsis, & Oppidi de  
Sactarē, Vlyxbonēsis diœcesis, Pro  
uinciales, Ministri, & Fratres, tene  
rentur tertiã partem eleemosynarū  
eis per Christi fideles pro tempore  
elargitarum, seu fructuum bonorū  
stabiliū eis relictorum in Redem  
ptionem captiuorum conuertere:  
nihilominus Prouinciales Ministri,  
& Fratres prædicti ob dictorum Mo  
nasteriorum paupertatem, non solū  
tertiam partem eleemosynarum, &  
reddituū prædictorum, in Redem  
ptionem captiuorum conuertendã,  
verum etiã omnes & singulas elee  
mosynas, eis virtute Indulgentiarū,  
& remissionum peccatorū, pro Re

74      *Regula Ordinis*

demptione Captiuorum , Christi  
fidelibus manus iisdē porrigentibus  
adiutrices, concessarū quæstas, exa-  
ctas, & receptas , in suā sustentatio-  
nem, dictorumq; Monasteriorum,  
fabricam, reparationem, & manu-  
tentionem, conuerterunt. Cum au-  
tem sicut eadem nobis exhibita pe-  
titio subiungebat, Celsitudo vestra,  
& eius prædecessores charitatis ze-  
lo, & dictorum Monasteriorū, & fra-  
trum eorundem intuitu, & vt ipsi  
possent redditibus, & eleemosynis  
prædictis, liberè vti, cum ob eorum  
paupertatē, aliter sustentari nō pos-  
sent, Redēptiōe dictorū captiuorū,  
aliàs prouiderit, seu prouiderint, &  
multo maiorem quantitatem, in Re-  
dēptione huiusmodi exposuerint,  
seu exponi fecerit, quam dicti Pro-  
uinciales, Ministri, & Fratres, expo-  
nere potuissent, si redditus, & elce-  
mosynas præfatas in eandē Redem-  
ptionē, vt tenebātur, exposuissēt, &

pro-

propterea, vt animarū salutē, ac conscientiæ trāquillitati dictorū Prouincialiu, Ministrorū, & fratrum consular, eadē Celsitudo vestra cupiat remissionē, & absolutionē pro eis ab Apostolica Sede obtinere: pro eiusdē Celsitudinis vestræ, & Modernorum Prouincialis, Ministrorū, & fratrum præfatorū, fuit humiliter supplicatū, eis super his, per Sedē eandem de, oportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Dñi Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato, super hoc, viuæ vocis Oraculo, nobis factō, Præfatos Modernos Prouincialē, Ministros, & fr̄es, ac oēs, & singulos eorū prædecessores, qui in præmissis excesserūt, ab excessibus huiusmodi, ac quibusuis excōmunicatiōis, suspēsiōis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, cēsuris, & pœnis, quas propterea

## *Regula Ordinis*

quomodolibet incurrerunt, tenore præsentium, in vtroque foro absol uimus, & totaliter liberamus, dictã, que tertiam partem eleemosynarũ, & reddituum, bonorum, quæ iuxta Regularia Instituta, præfata, in Redemptionem captiuorum ( vt præfertur) conuertere tenebantur: nec non eleemosynas, virtute Indulgentiarum, & remissionum præfatarũ, per eos exactas, quæsitas, & receptas (veris existẽtibus præmissis) eis gratiosè remittimus, ac iisdẽ, quod de cætero, quãdiu Celsitudo vestra, vestriq̃ue successores Portugallia, & Algarbiorũ Reges Redemptioni præfatæ ( vt præfertur) prouiderit, & dictorum Monasteriorum paupertas durauerit, tertiam partem reddituum, & eleemosynarum huiusmodi, quam in Redemptionem captiuorũ (vt præfertur) conuertere tenerentur, in eorum sustentationẽ, & dictorum Monasteriorum manu-

ten

tentionē (prout hactenus conuertē-  
runt) conuertere, & officiū, seu onus  
Redemptionis captiuorum huius-  
modi, & exactionē eleemosynarū,  
ad id pro tēpore relictarum, & elar-  
gitarum, eis incumbēs, Officialibus  
Regiis, Mamposterios, vulgariter  
nūcupatis, pro dicta Redemptione,  
nunc, & pro tempore per Celsitudi-  
nem vestrā, & eius successores præ-  
fatos respectiuè deputatis, & depu-  
tandis, salua semper manente, eisdē  
Prouinciali, & Ministris, nunc & pro  
tempore existentibus, facultate, &  
auctoritate quādoocunque volue-  
rint, vnum, vel plures dicti Ordinis  
Religiosos, in Redēptione præfata  
occupandi, & illorum ministerio,  
prout id, in Domino expedire vide-  
rint, vtendi, cedere, dimittere, & re-  
nuntiare liberè, & licitè, & absque  
alicuius censuræ, vel pœnæ incurfu,  
aut conscientia scrupulo, possint,  
& valeant, concedimus, & indulge-

*Regula Ordinis*

mus: non obſtātibus præmiſſis, ac  
Cōſtitutionibus, & Ordinationibus  
Apoſtolicis, & tam Prouincialibus,  
quā Synodalibus, dictorūq; Mona-  
ſteriorū, & Ordinis etiam iuramēto,  
Cōfirmatione Apoſtolica, vel qua-  
nis firmitate alia roboratis, ſtatutis,  
& cōſuetudinibus, priuilegiis quoq;  
indultis, & literis Apoſtolicis dicto  
Ordini, illiusque Superioribus quo-  
modolibet conceſſis, confirmatis,  
& innouatis, ac in poſterum conce-  
dendis, confirmandis, & innouādis:  
etiam Mari Magno, Bulla Aurea,  
vel aliās nuncupatis. Quibus om-  
nibus, illorum tenores, ac ſi de ver-  
bo ad verbum infererentur, præſen-  
tibus, pro plenè, & ſufficienter ex-  
preſſis habentibus, illis aliās in ſuo  
robore permanſuris, hac vice dun-  
taxat, ſpecialiter, & expreſſè dero-  
gamus: cæteriſque contrariis qui-  
buſcunque. Dat. Romæ apud San-  
ctum Petrum, ſub Sigillo Officij Pœ-  
niten



nitentiariae, 3. Kalendas Decēbris,  
Pontificatus Domini Pauli Papæ  
III. Anno secundo.

¶ *Modificatio, & Dispensatio ali-  
quorum, quæ in nostra Sacra Re-  
gula continetur, facta ab Adria-  
no Sexto, & Leone Decimo.*



DRIANVS Epif-  
copus, seruus ser-  
uorum Dei, ad per-  
petuam rei memo-  
riam. Rationi con-  
gruit, & conuenit

honestati, & cæt. Ac prædictis, &  
pro tempore existentibus Prouin-  
ciali, & aliis Ministris Monasteriorū  
Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, &  
Redēptionis captiuorum, ac Prouin-  
ciæ prædictorum, de quorum li-  
cencia Fratres Ordinis, & Prouin-  
ciæ huiusmodi certis diebus, quib⁹  
iuxta eiusdem Ordinis Sanctissimæ

Tri

## *Regula Ordinis*

Trinitatis, & Redemptionis captiuorum Regularia Instituta, vsus carniū in Refectorio fratribus ipsis interdictus existerat, extra Refectorium prædictum carniū ipsis vesci poterant: vt eisdem fratribus, quod etiam diebus prædictis, in ipso Refectorio (Aduentus tamen, & aliis à iure prohibitis temporibus exceptis) carniū huiusmodi, si qualitas temporum, aut Monasteriorū, necessitas id exigeret, vesci possent, licentiam concedere. Necnon, cum sicut Didacus, & alij Ministri, & fratres prædicti etiam assererant, nonnulli Christi fideles, aliqua bona eisdem Monasteriis cū onere celebrationis & recitationis, nonnullorū Anniuersariorū reliquissent, & super illorum celebratione, propter eorū multitudinē, & fidelium, qui bona ipsa reliquerunt, nominū, & cognominum incertitudinem, nimia esset confusio, ac ipsorum fidelium

*Sanctissimæ Trinitatis.* 31

voluntates desuper commodè per fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captiuorum, huiusmodi adimpleri non possent: & secundùm dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captiuorum Institutiones, omnia, & singula mobilia, & immobilia bona, pro Redemptione captiuorum huiusmodi, indifferenter relicta in tres diuidi, & vna in eandem Redemptionem, & alia in hospitalium pauperum subuentionem, & alia, partes huiusmodi, in ipsorum fratrum sustentationem conuerti deberent, præfato Didaco, & pro tempore existenti Ministro Prouinciali, vt in Capitulo Prouinciali cum inibi assistentibus Definitoribus, super dictorum Anniuersariorum celebratione etiam in singulis Prouinciæ huiusmodi Monasteriis facienda, secundum Deum, & eorum conscientias, disponere, ordinare, statuere,

## *Regula Ordinis*

tuere, et moderare. Necnon fratribus Ordinis, et Prouinciæ huiusmodi, si pro illorum sustentatione congrua, necessitas exigeret, quòd ipsi fratres ex bonis Monasterii prædictis, pro tempore relictis, quorum diuisio huiusmodi arbitrio ipsius Dacæ, et pro tempore existentis Ministri Prouincialis dictæ Prouinciæ relinqueretur, dummodò illa nõ in alios vsus, quam Redemptionem, et pauperũ subuentionẽ, ac hospitaliũ reparationem, seu constructionem, ac fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, et Redemptionis captiuorũ sustentationem, non conuerterentur, ultra tertiã partem huiusmodi, absq; alicuius conscientiæ scrupulo percipere, et leuare valerent, concedere, & cætera. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dñicæ, millesimo quingentesimo vigesimo secũdo, Pridie Kal. Septẽbris. Pontificatus nostri, Anno I.

40

I N D E X

Librorum, & Capitulorum,  
quæ hoc volumine con-  
tinentur.

¶ *Institutio nostri Sacri Ordinis,*  
*fol. 4.*

*Regula eiusdem Ordinis, quæ habet*  
*vndecim capita, à fol. 13.*

Caput Primum. De tribus Votis,  
de Prælati nomine, ac de propria  
Domo Fratrum. fo. 13.

Caput. 2. De Diuisione Bonorum,  
ac Redemptione Captiuorum.  
ibidem.

Caput. 3. De Titulo Monasterio-  
rum, ac de Numero Fratrum ip-  
sorum, de Lectis, Vestimentis, &  
Equitaturis.

Caput. 4. De Abstinentia & Iei-  
nijs Fratrum: ac de Modo se ha-  
bendi,



bendi, & abstinendi in itinere.  
fol. 17.

Caput. 5. De Charitate Fratrum  
inter se, ac erga infirmos, & hospi-  
tes. fol. 19.

Caput. 6. De Silentio, & Honestate  
Fratrum. fo. 20.

Caput. 7. De singularum Domo-  
rum Capitulis, & de Generali Ca-  
pitulo. fo. 21.

Caput. 8. De Ministrorum Electio-  
ne, eorumque ex culpa Depo-  
sitione. fo. 23.

Caput. 9. De Nouitijs, & eorū Re-  
ceptione. fo. 24.

Caput. 10. De nonnullis diuersis  
Præceptionibus. fol. 25.

Caput. 11. De canonicis Horis, de  
Missâ, & processione Defuncto-  
rum, deque alijs pro communi  
Ecclesia Deprecationibus, & de  
Rasura Fratrum. fo. 25.

*Transumptum Breuis Apostolice*

*Pauo*

47  
Caput 17. De Magistro Nouitiorū,  
& eorum Instructione. fo. 48.

Caput 18. De Profitendis, & Pro-  
fessione. fo. 51.

Caput 19. De Sessione Fratrum.  
fo. 53.

Caput 20. De Fugitiuis, Translatis,  
& Apostatis. fo. 54.

Caput 21. De Conspiratoribus,  
Diffamatoribus, & de certis De-  
tractionibus vitandis. fo. 56.

Caput 22. De Literis non recipien-  
dis, & furibus. fo. 58.

LIBER SECVNDVS.

¶ Caput primum. De Aedificandis  
domibus. fo. 1.

Cap. 2. De Patribus à consilijs. fo. 2.

Caput 3. De Officio Sacristæ. fo. 3.

¶ Caput 4. De Forium clausura, &  
Ostuario. fo. 5.

Cap. 5. De Cōfugientibus ad Eccle-  
siam. fo. 7.

- Caput 6. De Religiosis exeuntibus  
à Monasterio. fo. 7.**
- Caput 7. De Officio Procuratoris  
Prouinciæ, & cuiuslibet Domus.  
fo. 8.**
- Caput 8. De Scriba Conuentus.  
fo. 10.**
- Caput 9. De Patrimonijs Religio-  
forum. fo. 11.**
- Caput 10. Quomodo res in Censum  
dari debeant. fo. 12.**
- Caput 11. De examinandis Fratri-  
bus, & approbandis, ad Ordines  
recipiendos. fo. 14.**
- Caput 12. De Studentibus, & eorū  
Magistro. fo. 15.**
- Caput 13. De Graduatis, & eorum  
sufficiencia. fo. 17.**
- Caput 14. De Prædicatoribus.  
fo. 21.**
- Caput 15. De Tabula Officiorum.  
fo. 22.**



42  
*Liber Tertius.*

¶ *Caput Primum. De Celebratione Capituli Prouincialis, & Capitularium Sessione. fo. 25.*

*Caput 2. De Procuratore cuiuslibet Domus ad Capitulum Prouinciale. fo. 27.*

*Cap. 3. De modo Electionum. fo. 29.*

*Caput 4. De Patris Prouincialis Electione. fo. 32.*

*Caput 5. De Confirmatione Patris Prouincialis. fo. 36.*

*Transumptum Breuis Apostolici, ad Confirmationem Patris Prouincialis de nouo electi. fo. 39.*

*Caput 6. De potestate Patris Prouincialis, & de modo se habendi in Capitulo Prouinciali. fo. 43.*

*Caput 7. Quo pacto Prælati, & Definitorum creandi sint, quando à suis officijs ante triennium completum vacauerint. fo. 46.*

*Cap. 8. De Definitoribus Prouinciae. fo. 49.*

Caput 9. De Ministri Conuentua-  
lis Electione, Confirmatione, &  
Potestate. fo. 54.

Caput 10. De Vicarij Conuentua-  
lis Electione, Confirmatione &  
Potestate. fo. 60.

Caput 11. De Visitatorum Electio-  
ne, eorumq; Officio, & Potesta-  
te. fo. 64.

Caput 12. De modo Visitandi. 66.

Caput 13. De Visitatione Persona-  
rum. fo. 70.

Caput 14. De Interrogationibus à  
Ministro de Fratibus. fo. 71.

Caput 15. de Interrogationibus à  
Fratibus de Ministro. fol. 72.

Caput 16. De Emendandis & Pu-  
niendis culpis. fo. 75.

*Forma literarum Visitationis. f. 77.*

*Forma Capituli Punitiui Culpa-  
rum. ibidem.*

Cap. 17. De Appellationibus remo-  
uendis. fo. 82.

43  
Caput 18. De Capitulo conuentua-  
li: & de pœnarum Executione.  
fo. 82.

Caput 19. De leui Culpa. fo. 86.

Caput 20. De graui Culpa. fol. 88.

Caput 21. De grauiori Culpa. fo. 89.

Caput 22. De Culpa grauissima.

fo. 93.

Approbatio, & acceptatio harum  
Constitutionum. fo. 94.

Prouisaõ de sua Alteza da Confir-  
mação destas Constituições. fo. 96.

Errata, huius voluminis, Institutionis scilicet, Regulæ, & Constitutionum.

Instit. & Regul.

Fol.	Pag.	Linea.	Errata.	Lege.
5	1	9	Pspalmo	Psalmo
6	1	tit.	Sanctissimæ	Sanctissimæ
7	1	22	accepturi	accepturos
8	2	ult.	deletis duobus pūctis	
9	2	3 & 4	ad quintam	ad quintum
11	2	14	stabuāldis	stabulandis
11	1	22	Dignom	Dignon
11	1	nu.		12
12	1	5	quòd modo	quòd non
14	1	1	Q	Q
16	2	1	Q	Q
34	2	21	impaciens	impatiens

Liber Primus Constitutionum.

Fol.	pag.	Lin.	Errata.	Lege.
11	2	12	solemniter,	solemniter, & sic
19	2	5	Pontifec	Pontifice
35	1	nu.		26

44

Fol.	Pag.	Lin.	Errata.	Lege.
30	2.	15 & 16.	minorib <sup>9</sup>	Junioribus
39	1	5	illum	illud
39	2	19	æquitantes	equitantes
49	2	vlt.	pœnitencia	pœnitentia
50	1	9	Hæbdomada	Hebdomada
52	2	6	a, quæ	ea, quæ
65	1	nu.		57
66	1	nu.		58

*Liber Secundus, & Tertius  
Constitutionum.*

Fol.	Pag.	Linea.	Errata.	Lege.
16	1	13	ad esse	adesse
19	2	23	Magister	Magistri
20	1	5	donet	donec
20	1	19	neque	neque
20	1	23	coõcedimus	concedimus
21	2	16	concedatur	concedatur
22	1	13	alorum	aliorum
22	2	15	proeurent	procurent
23	2	5	simul	simul
23	2	23	Prædicator	Prædicator
24	1	21	Verumtamē	Veruntamē

Fol.	Pag.	Line.	Errata.	Lege.
29	1	19&20	Electionem	Electionum
31	2	8	ob quàm	obquam
38	1	ult.	modò	modo
41	1	21	eò	co
43	1	12	totiùs	totius
48	1	17	modò	modo
48	2	4	modò	modo
53	1	19	quòd	quod
56	2	13	Connentus	Conuentus
71	2	15	Paer	Pater
73	2	12	allijs	alijs
79	2	9	miscreatur	mifereatur
82	1	3	Q	O
86	1	11	relectis	relictis
93	2	4	Definitoribũ	Definitoribus
94	2	11	rigimen	regimen

# INDEX

## OMNIVM RERVM; quæ hoc volumine con- tinentur.

### A

¶ Absolutio faciendâ in Capitulo Prouinciâ-  
li. §. 7. cap. 8. lib. 3. fo. 52. & in fine Visi-atio-  
nis vniuscuiusque anni. §. 9. cap. 16. lib. 3.  
fo. 79.

Anniuersaria pro defunctis, & benefactori-  
bus quibus temporibus fieri debeant. §. 9.  
cap. 2. lib. 1. fo. 13.

Appellationes remouendæ cap. 17. à §. 1. lib.  
3. fo. 82.

Apostatarum pœnæ. §. 4. cap. 20. lib. 1. fo-  
lio. 56.

Approbatio, & acceptatio Constitutionum  
lib. 3. fo. 94.

### B

Bona Fratris defuncti quo pacto distribu-  
debeant. §. 7. cap. 3. lib. 1. fol. 16.

Bona mobilia, & immobilia quo pacto Cõ-  
uentu;

uentui incorporari, & Fratribus permitti  
debeant. §. 1. c. 6. lib. 1. fol. 22.

Breuis Apostolici transumptū ad Confirma-  
tionē Patris Prouincialis, lib. 3. fo. 39.

C

¶ Casus reseruare nequeat Prælatus sine Pa-  
tribus & Consilijs. §. 5. cap. 7. lib. 1. fol. 28.

Cappis bruni coloris Cruce pectori affixa  
Fratres in itinere vti iubentur. §. 1. cap. 13.  
lib. 1. fol. 39.

Calceamenta sint clausa, &c. ibidem.

Casuum conscientiaē lectio quotidie habeat  
tur. §. 8. cap. 13. lib. 2. fo. 20.

Cantoris maioris Officium. §. 1. cap. 15. lib. 2.  
fol. 22. & 23.

Capitulum Prouinciale quo pacto sit cele-  
brandum cap. 1. à §. 1. lib. 3. fo. 25.

Capituli punitiui culparū Forma. §. 8. c. 16.  
lib. 3. fo. 77.

Capitulum Conuentuale quando celebrari  
debeat, & eius Forma c. 18. à §. 1. lib. 3. à fo.  
82. & Reg. num. 27. fo. 21. & num. 24. fo. 22.

Calceamenta Fratrum quo pacto sint ordi-  
nanda Reg. num. 12. fol. 17.

Carnibus vasci quibus diebus liceat Fratri-  
bus



bus Reg. numero. 15. fol. 18.

Cantores quot esse debeant, & de eorum officio. §. 12. cap. 2. lib. 1. fol. 13.

Captiuorū Eleemosynæ nulli cōmodentur §. 4. c. 4. lib. 1. fol. 18. nec ipsas aliquis frater accipiat nisi modo assignato in dicto. §. sub pœnis ibidem statutis.

Census quo pacto sit constituendus. §. 1. 2. & 3. cap. 10. lib. 2. fol. 12.

Charitas Fratrum qualis esse debeat Reg. numero. 21. fol. 19.

Chirographa receptæ pecuniæ quādo exhibēda sint, & à quibus subscripta. §. 5. c. 6. lib. 1. fol. 24.

Circator Constituendus, & eius munus. §. 4. cap. 15. lib. 1. fol. 42.

Claues horrei, & cellæ vinariæ, & oleariæ, ac farinæ quibus committi debeant, & eorū munus. §. 7. cap. 6. lib. 1. fo. 25.

▲ Claves Archiui, & Depositi cuiusvis Domus quibus, & quomodo conferri debeant, & eorum munus. §. 4. & 8. cap. 6. lib. 1. fol. 23. & 25.

Clastrum Monasterij mulieres non ingrediantur, & c. §. 3. cap. 4. lib. 2. fol. 6.

Comedere, vel bibere, vbi tantū liceat Fratribus. Reg. num. 19. & 20. fo. 18. & 19.

- Constitutiones** quo pacto fieri debeant, &  
 quando vigere incipiāt, §. 2. Prolog. fol. 4.  
 & quomodo obligent, tam Regula, quam  
 Constitutiones: §. 3. & 4. ibidem, fol. 5.  
**Consiliarij** quibus diebus Officium diuinū  
 celebrare debeant, §. 5. cap. 2. lib. 1. fol. 11.  
**Confessio & Cōmunio Fratrum**, quibus  
 diebus fieri debeat: §. 1. cap. 7. lib. 1. fol. 26.  
 & §. 8. ibidem, fol. 28.  
**Confessor Fratrum** non potest eos absolue-  
 re à transgressione trium Votorum essen-  
 tialium per actum externum: §. 4. cap. 7.  
 lib. 1. fol. 28.  
**Confessor** per quæ verba potestatem absoluē-  
 di à reseruatīs impetrare debeat ibid. §. 5.  
**Conspiratorū** pœnæ, §. 1. c. 21. lib. 1. fol. 56. &  
 57. & §. 8. cap. 21. lib. 3. fol. 92.  
**Confabulationes inhonestæ vitandæ**: §. 4. c.  
 4. lib. 2. fol. 6.  
**Confugientes ad Ecclesiam**, quo pacto reci-  
 piendi sint, §. 1. cap. 5. lib. 2. fol. 7.  
**Contractus Census, Emphyteusis, seu Feudi**  
 vel facultatis venditionis, aut alienatio-  
 nis, donationis uè, quo ordine fieri debeant  
 §. 4. cap. 10. lib. 2. fol. 13.  
**Confirmatio Patris Prouincialis**, cap. 5. à §.  
 1. lib. 3. fol. 36.

1

47

Confirmatio Constitutionum, lib 3. fol. 96.

Crux imponatur in Cappis, & Scapularijs Fratrum. Reg. num. 11. fol. 17.

Criminis commisi morti in saculo obnoxij pœna, §. 4. cap. 21. lib. 1. fol. 57. & §. 9. cap. 21. lib. 3. fol. 93.

Cultui diuino deseruientia sine assensu Patrum à Consilijs, extra Monasterium non accommodentur §. 5. cap. 3. lib. 2. fol. 5.

Culpæ quomodo sint emendandæ, & puniendæ, cap. 16. à §. 1. lib. 3. fol. 75 & 76.

Culpa leui, quæ sit, & quibus pœnis puniatur. cap. 19. lib. 3. fol. 86.

Culpa grauis quæ sit, & quibus pœnis subiacet, cap. 20. lib. 3. fol. 88.

Culpa grauior, quomodo cognoscatur, & puniatur, cap. 21. lib. 3. fol. 89.

Culpa grauisima quæ sit, & quo rigore punienda, cap. 22. lib. 3. fol. 93.

D

Debitum contrahendum prius in Capitulo proponatur, Reg. num. 35. fol. 22.

Definitorum munus, cap. 8. à §. 1. lib. 3. fol. 50. & seq.

Definitor, si vacauerit, quo pacto creandus alius sit, cap. 7. §. 6. lib. 3. fol. 49.

Definitores Capituli Prouincialis quomodo, & quando publicari debeant §. 7. cap. 8. lib. 3. fo. 52.

Definitores in Capitulo Prouinciali assignent Domum, ubi futurum Capitulum celebrari debeat. §. 9. cap. 8. lib. 3. fol. 53.

Depositum extra Domum habere nullo pacto licet, nec intra absque Prælati facultate sub pœnis contentis in §. 3. c. 6. lib. 1. fo. 23.

Depositum cõmunitatis ordinatur, ibidẽ. §. 4.

Depositariorũ obligatio ibidem.

Depositarij à Sacrista rationem exigant de omnibus receptis, qui sine eorum facultate nihil expendat §. 6. cap. 6. lib. 1. fol. 24. & 25.

Detractorum pœnæ. §. 4. cap. 16. lib. 3. fo. 76. & §. 2. cap. 21. lib. 1. fo. 57.

Diuisio bonorũ quo pacto fieri debeat Reg. nu. 2. fol. 14. huius modificatio Reg. & Reg. fo. 18. nu. 18. vide etiam breue Pauli. 4. fol. 26. & Adriani. 6. fol. 30.

Diffamatorum pœnæ. §. 2. cap. 21. lib. 1. fo. 57. & §. 4. cap. 16. lib. 3. fol. 76.

Dispensatoris Officium. §. 4. cap. 7. lib. 2. fo. 9. & 10.

Disciplinam quando Fratres habere debeant & quomodo. §. 2. cap. 8. lib. 1. fol. 29.

Domorũ ædificatio quo pacto fieri debeat, vel

48  
vel Ordini incorporari cap. 1. à §. 1. lib. 3.  
fol. 1. & 2.

Dormitorij fores quando claudi debeant, &  
in eo silentium obseruandum. &c. §. 1. cap.  
12. lib. 1. fol. 39.

E

Ecclesiæ istius Ordinis quomodo intitulari  
debeant, Reg. num. 6. fol. 16.

Ecclesia quomodo sit visitanda §. 3. cap. 12. li.  
3. fol. 68.

Electionum modus, cap. 3. à §. 1. lib. 3. fol. 29.

Electio Patris Prouincialis, cap. 4. à §. 1. lib. 3.  
fo. 33.

Epigrammata Constitutionum, lib. 1. fo. 3.

Eucharistiæ Sacramentum omni quinta fe-  
ria in Missa maiori innouetur, §. 6. cap. 2.  
lib. 1. fol. 12.

Excōmunicaciones Prælatus imponere non  
potest sine assensu Patrum a Consilijs. §. 5.  
cap. 7. lib. 1. fol. 28.

Exire è Monasterio quo pacto liceat Religio-  
sis cap. 6. §. 1. lib. 2. fo. 7. & 8.

Executio poenarū iubetur. §. 4. cap. 18. lib. 3.  
fol. 85.

F

Fratres quando mitti possint extra Domo-  
sua professionis Reg. num. 1. \* fol. 13.

**F**rater non sit sine proprio officio Reg num<sup>o</sup>  
24. fol. 2.

**F**ratres de omnibus rebus, & clamoribus in  
Capitulo iudicentur Reg. num. 29. fol. 21.

**F**rater fratrem suum non accuset in publico  
nisi bene possit probare Reg: numero. 30.  
fo 21.

**F**ratres laici Choro intersint. & obseruet mo-  
dum recitandi traditu n. §. 8. cap. 2. lib. 4.  
fo. 12.

**F**ratres quibus confiteri teneantur. §. 1. cap. 7.  
lib. 1. fo. 26. & 27. & ibidem §. 3.

**F**ratres in Confessione quomodo se ha-  
bere debeant ibidem. §. 2.

**F**rater extra Dormitoriū non dormiat, &c.  
§. 3. c. p. 12 lib. 1. fol. 38.

**F**rater qui Ministratū Domus pauperis aut  
parue accept. re rennerit, per triennium in  
alterius Domus Ministrum eligi non po-  
terit §. 15. c. 9. lib. 3. fo. 60.

**F**ratres in Visitatione quomodo se habere  
debeant. §. 17. & 18. c. 15. lib. 3. fo. 74. & §. 2.  
& 3. c. 13. lib. 3. fo. 71.

**F**ugitiuorum pœnæ, cap. 20. lib. 1. fo. 54. §. 1.  
& 2.

**F**uris pœnæ. §. 2. cap. 22. lib. 1. fo. 54.

**G**  
Graduatorum sufficientia, & approbatio, &  
certus eorum numerus, & privilegia, cap.  
13. à §. 1. lib. 2. fo. 17. & sequentibus.

**H**  
Hospitum cura cui iniungi debeat Reg. num.  
23. fo. 19.

Holpes non Minister absque Prælati licentia  
per Civitatem, vel Oppidum non discurrat  
nec ibi moram faciat aut extra Monasterium  
pernoctet. §. 3. c. 6. lib. 2. fo. 8.

Hospitia Religiosi seorsum habeant, & Reli-  
giosus ei deputetur cap. 11. lib. 1. fol. 37.

Ieiunare quando fratres debeant Reg. à num.  
14. fol. 17. & §. 1. cap. 8. lib. 1. fo. 29.

Infirmi seorsum dormiant, & comedat Reg.  
num. 22. fol. 19.

Infirmus, ipsa die, qua apportatus fuerit de  
peccatis suis confiteatur Reg. num. 51. fo. 35.

Infirmus in sumptione Eucharistie extre-  
mam petat unctionem cum ei necessaria  
fuerit §. 2. cap. 3. lib. 1. fo. 14.

Infirmus cum in articulo mortis fuerit quo-  
modo à Fratibus adiuvandi debeat, & quid  
in eius agonia, & post mortem peragi de-  
beat ibidem.

Infirmarij munus & de Infirmaria cap. 10.  
à §. 10. lib. 1. fo. 36.

Interrogationes faciendæ a Ministro de Frat-  
tribus cap. 14. à §. 1. lib. 3. fol. 71. & 72.

Interrogationes faciendæ à Fratribus de Mi-  
nistro cap. 15. à §. 1. lib. 3. fo. 72. & 73. & 74.

Iuramentum quando præstare debent Fra-  
tres Reg. num. 49. fol. 25.

Itinerâtes iter faciât cappis bruni coloris in-  
duti, & cum redierint Prælato exhibeant  
quidquid in itinere acceperint, &c. §. 2. cap.  
6. lib. 2. fol. 8.

L

Laici non nisi ex nobili, vel illustri familia  
geniti, in Refectorio comedant. §. 12. cap. 9.  
lib. 1. fol. 35.

Liber sit in quolibet Conuentu in quo assi-  
gnentur professiones modo tradito. §. 4.  
cap. 18. lib. 1. fo. 53.

Literæ non recipiantur sine licentia Prælati  
sub pæna statuta in §. 1. cap. 22. lib. 1. fol. 58.

Literarum Visitationis forma. §. 7. cap. 16. li.  
3. fol. 77.

Loquendi in Ecclesia tempus, & locus de-  
cens, &c. §. 3. cap. 15. lib. 1. fo. 42.

M

Magister Nouitiorum inter eos sedens co-  
medat



- medat. §. 7. cap. 9. lib. 1. fol. 37.
- Magistri Nouitiorum munus, & eius obligatio cap. 17. à §. 1. lib. 1. fo. 49.
- Matutinarum recitatio quibus horis fieri debeat. §. 13. cap. 2. lib. 1. fol. 13. & 14.
- Magistri studentium Electio, & officium. §. 2. 3. & 4. cap. 12. lib. 2 fo. 15. & 16.
- Ministri Electio, & Deposito Reg. nume. 37. fol. 23.
- Minister cum suis Fratribus simul Choro intersit, & diligenter studeat, vt horæ cum reuerentia, & Dei timore dicatur. §. 5. cap. 2. lib. 1. fo. 10.
- Ministri quibus diebus officium diuinum peragere debeant. §. 5. cap. 2. lib. 1. fo. 10.
- Ministro dum suum officium exercet, quæ pœnæ imponi possint. §. 5. cap. 16. lib. 3. fol. 76.
- Ministri ad capitulum Prouinciale Fratrum Defunctorum nomina deferant, cap. 3. lib. 1. à. §. 1. fol. 14.
- Minister Ceptensis captiuorum curam simul cum suo Scriba gerat, Procuratoriq; Generali diligenter de omnibus ad Redemptionem pertinentibus respondeat fol. 20. lib. 1. cap. 5. §. 4. & cum ad Capitulum Prouinciale venerit, quid agere debeat ibid. §. 5.

- Minister Ceptensis priusquam in Domū suā  
 proficiatur duos libros accipiat à Patre  
 Provinciali consignatos, & reliqua præstet  
 quæ iubentur in §. 6. c. 5. lib. 1. fo. 21.
- Minister in Cœna Domini, quolibet anno  
 excommunicationem in Capitulo pronū-  
 tict contra proprietarios, & cætera præ-  
 stet quæ in §. 2. c. 6. li. 1. fo. 23. præcipiuntur.
- Minister cum Clauigeris quarto quoq; mē-  
 se Depositem visitet, & bene disponet &c.  
 sub pœna cōstituta in §. 8. c. 6. lib. 1. fo. 26.
- Minister cuiuslibet Domus à quibus possit  
 absolui à suo Confessore. §. 6. c. 7. lib. 1. fo. 28.
- Minister omnes scripturas in Monasterij  
 monumentis describi faciat sub pœna as-  
 signata in §. 5. cap. 10. lib. 2. fo. 13. & 14.
- Ministri Academiæ in Cathedrarum va-  
 cationibus quid facere debeant. §. 6. cap. 12.  
 fo. 17.
- Minister Conuētualis singulis mēsibus duos  
 Proclamatores constituat §. 3. cap. 18. lib. 3.  
 fo. 84.
- Ministri Conuētualis Electio, confirmatio,  
 & potestas cap. 9. à §. 1. lib. 3. fol. 54.
- Minister Conuētualis confirmatus literas  
 suæ cōfirmationis à Patre Provinciali acci-  
 piat §. 5. cap. 9. lib. 3. fo. 55. & 57.

87  
Ministri Officium quousque durabit § 6. c. 9  
lib. 3. fo. 57.

Minister quod acquisuerit non proueniens  
ex redditibus Domus libere in rebus illi  
utilibus expendere poterit. § 7. cap. 9. lib. 3.  
fo. 58.

Mendaces, qua pœna puniri debeât. § 4. c. 16  
lib. 3. fo. 76.

Minister quomodo debitum cōtrahere possit  
& pœna super hoc imposita § 7. cap. 9. lib.  
3. fo. 58. & quod debitum nō dimittat sub  
eadem pœna, nec de nouo ædificium con  
struat nisi modo assignato ibidem.

Minister quod statutū fuerit in Capitulo Pro  
uinciali describi faciat & ad suum Conuen  
tum deferat, idemque publicari, & obser  
uari faciat, An ueritariorū, Missarumq; obli  
gationes diligēter adimpleri iubeat §. 9. c.  
9. lib. 3. fo. 58. & 59.

Minister primis duobus annis suæ admini  
strationis uestiarium largiatur modo expo  
sito in §. 14. cap. 9. lib. 3. fo. 60.

Minister quo pacto hospites excipere poterit  
§ 8. c. p. 9. lib. 3. fo. 58.

Minister qui Domum prouisam nō relique  
rit detritico hordeo uino & oleo vsq; ad  
nouos harum rerum fructus iuxta incuriæ

gra-

grauitate ad Definitorum arbitrium emē  
detur, s. 4. cap. 8. lib. 3. fol. 51.

Minister Definitorio instrumentum exhibere tenetur ab Scriba Conuentus factum, ab eodem, & à Consiliarijs subsignatum, quo declaretur, quātitas numi, tritici, hordei olei, & vini, ac cæterorum quæ ad provisionem Domus reliquit. s. 4. cap. 8, lib. 3 fo. 51.

Minister qui segniter se habuerit in reprehendendis, puniendisue culpis grauiter puniatur. s. 3. cap. 16: lib. 3. fo. 75. & 76.

Missarum perpetua obligatio, vel suffragiorum, quo pacto admitti possit. s. 10. cap. 2. lib. 1. fo. 13.

Munus alicui Religioso missū, semper prius præsentetur Prælato, & nullus sine eius speciali facultate ab vna mensa ad alteram aliquid mittat. s. 7. cap. 9. lib. 1. fo. 33.

Nouitij probatio fiat per annum Reg. numero. 43 fo. 24. pro Nouitijq; receptione nihil exigatur numero. 44. fol. 24. & de hac materia sequentibus numeris.

Nouitij quomodo recipiendi sint, & quæ ætate, &c. cap. 16. a. s. 1. lib. 1. fo. 43.

Nouitiorum instructio cap. 17. lib. 1. fol.

12  
Nouitius inuitus non expellatur pro defectibus ab initio fratribus notis. §. 8. cap. 17. lib. 1. fo. 51.

Numerus Fratrum qui in vna habitatione esse possunt, Reg. num. 7. fo. 16.

Obitu Patris, vel Matris alicuius Religiosi nostrę Prouincię cognito, vnum officium trium lectionum cum Missa, & Responso à Conuentu dicatur. §. 5. cap. 3. lib. 1. fol. 16.

Officio diuino qui interesse debeant, & sub qua pœna. §. 1. & 3. cap. 2. lib. 1. fo. 9. & §. 3. & 4. cap. 15. lib. 2. fol. 23. & 24. si quis autem necessaria causa ab eo exierit moram non faciat. §. 2. cap. 2. lib. 1. fo. 9.

Officium diuinum à Fratribus recitetur iuxta ritum Romanę Curię, & seruata forma Breuiarij, & Missalis Romani. §. 4. cap. 2. lib. 1. fo. 10. in Cœremonijs verò tam in Choro, quam in Ecclesia seruentur per omnia, quę in ordinario nostri ordinis continentur, ibidem.

Officiorum Tabula. §. 1. cap. 15. lib. 2. fo. 22 & 23.

Officia Tabulę habentes, foras non exeant nisi modo assignato in §. 2. c. 15. lib. 2. fo. 23

Offi-

Officiæ Domus quo modo sint visitanda  
§. 4. cap. 12. lib. 3. fo. 70.

Oratio communis fiat singulis noctibus. Reg.  
num. 52. fol. 25. & 26.

Orationes obsecrationes, Postulationes, &c.  
quotidie fiant in Choro, prout in Cœre-  
moniali nostri Ordinis disponitur sub pœ-  
na grauioris culpæ. §. 7. cap. 2. lib. 1. fo. 12.

Ordinationes quantum temporis durare  
debeant & Prælatorum præcepta. §. 6.  
Prologi. fol. 7.

Ordinandorum examinatio, & approbatio  
§. 1. cap. 11. lib. 2. fo. 14.

Ostiarij munus, & de forium clausura cap. 4.  
à §. 1. lib. 2. fo. 14.

Oiosorum pœnæ §. 9. c. 13. lib. 2. fol. 20. & 21.  
& §. 3. cap. 15. lib. 2. fo. 23. & 24.

P

Pactus non fiant de iure futuræ successions  
Religiosorum nisi modo assignato in §. 3.  
cap. 9. lib. 2. fol. 11. & 12.

Patris Prouincialis Electio, & Confirmatio  
cap. 4. & 5. lib. 2. fol. 33. & 36.

Pater Prouincialis quâdo visitare debeat. §.  
5. cap. 6. lib. 3. fo. 44. & in prima visitatio-  
ne inquiret de persona, & officio Patris  
Prouincialis præteriti, ibidem.

Pater

58  
Pater Prouincialis in causa propria iudex esse non poterit. §. 8. cap. 6. lib. 3. fo. 45.

Pater Prouincialis simul cum Definitoribus examinet eos, qui confessiones Laicorum, vel Religiosorum audire debent. §. 10. c. 6. lib. 3. fo. 45. & 46.

Pater Prouincialis redditus Prouinciæ non exigat. §. 11. c. 6. lib. 3. fol. 46.

Patri Prouinciali Minister Vlyssiponensis centum aureos largiatur singulis annis ad sui, & Visitatorum sumptus. §. 11. c. 6. lib. 3. fol. 46.

Pater Prouincialis reelegi non poterit toto triennio sequenti. §. 6. c. 4. lib. 3. fo. 35.

Pater Prouincialis extra Visitationis tempora statuta visitare poterit per se, vel per alium modo tradito in. §. 3. c. 11. lib. 3. fo. 65. & in rebus arduis quid agere debeat vide §. 4. ibidem. fo. 66.

Pater Prouincialis durante visitationis tempore auricularem Religiosorum confessionem non audiat. §. 6. c. 11. lib. 3. fol. 66.

Pater prouincialis in visitatione ultimo loco computationem Depositum, & aliarum officinarum recipiat §. 16. cap. 15. lib. 3. fol. 74.

Pater Prouincialis quomodo se habere debeat in finienda Visitatione. §. 6. cap. 16.

lib. 3.

lib. 3. fo. 76. & §. 11. 12. & 13. ibidem fo. 81. &  
quo pacto Capitulum punitiuum efficere  
debeat §. 8. cap. 16. lib. 3. fo. 77. & sequen-  
tibus.

Pater Prouincialis à quibus absolui poterit à  
suo confessore §. 6. cap. 7. lib. 1. fo. 28.

Pater Prouincialis, & Minister, Confessores  
constituant in quolibet Monasterio qui à  
reseruatis Fratres absoluere possint so-  
lùm modo concesso. §. 7. c. 7. lib. 1. fo. 28.

Patris Prouincialis Officium quando finia-  
tur §. 4. cap. 1. lib. 3. fo. 26. & §. 6. cap. 4. lib. 3.  
fol. 34. & 35.

Pater Prouincialis quibus diebus Officium  
diuinum, Benedictiones, Absolutiones, &  
Professione peragere debeat §. 5. cap. 2.  
lib. 1. fo. 10.

Pater Prouincialis simul cum Visitatoribus  
à Generali Procuratore Redemptionis  
Captiuorum, quo modo rationem exige-  
re debeat §. 3. cap. 4. lib. 1. fo. 18.

Patris Prouincialis potestas, cap. 6. à §. 1. lib.  
3. fo. 43.

Patres, qui Prouinciales fuerunt, fruantur om-  
nibus priuilegijs Præsentatorum §. 10. c. 6.  
lib. 3. fol. 46.

Pœnæ impositæ ubique quomodo incurri

de-